

**MASS PROPER: JUNE 23, VIGIL OF
THE NATIVITY OF ST. JOHN THE BAPTIST**

MASS *Ne tímeas* (violet)

INTROIT Luke 1: 13, 15, 14

Ne tímeas, Zacharía, exaudíta est orátio tua: et Elísabeth uxor tua páriet tibi fílium, et vocábis nomen eius loánnem: et erit magnus coram Dómino: et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ: et multi in nativítate eius gaudébunt. (Ps. 20: 2) Dómine, in virtúte tua lætábitur rex: et super salutáre tuum exsultábit veheménter. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ne tímeas, Zacharía, exaudíta est orátio tua: et Elísabeth uxor tua páriet tibi fílium, et vocábis nomen eius loánnem: et erit magnus coram Dómino: et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ: et multi in nativítate eius gaudébunt.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut familia tua per viam salutis incédatur; et, beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo ad eum, quem prædíxit, segura pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Jeremiah 1: 4-10

In diébus illis: Factum est verbum Dómini ad me, dicens: Priúsqvam te formárem in útero, novi te: et ántequam exíres de vulva, sanctificári te, et prophétam in géntibus dedi te. Et dixi: A a a, Dómine Deus: ecce, nésco loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dóminus ad me: Noli dícere: Puer sum; quóniam ad ómnia, quæ mittam

Fear not, Zachary; thy prayers are heard, and thy wife Elizabeth shall bear thee a son, and thou shalt call his name John; and he shall be great before the Lord, and shall be filled with the Holy Ghost even from his mother's womb; and many shall rejoice at his birth. (Ps. 20: 2) In Thy strength O Lord, the king shall joy; and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Fear not, Zachary; thy prayers are heard, and thy wife Elizabeth shall bear thee a son, and thou shalt call his name John; and he shall be great before the Lord, and shall be filled with the Holy Ghost even from his mother's womb; and many shall rejoice at his birth.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that Thy household may advance in the way of salvation: and by following the exhortation of blessed John the Precursor may safely come to Him Whom he foretold, even our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days the word of the Lord came to me, saying: Before I formed thee in the bowels of thy mother, I knew thee: and before thou camest forth out of the womb, I sanctified thee, and made thee a prophet unto the nations. And I said: Ah, ah, ah, Lord God: behold, I cannot speak, for I am a child. And the Lord said to me:

te, ibis: et univérſa, quæcúmque mandávero tibi, lóqueris. Ne tímeas a fácie eórum: quia tecum ego sum, ut éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum: et dixit Dóminus ad me: Ecce, dedi verba mea in ore tuo; ecce, constítui te hódie super gentes et super regna, ut evéllas, et déstruas et dispérdas et díssipes et ædíffices et plantas: dicit Dóminus omnipotens.

GRADUAL John 1: 6-7

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit, ut testimónium perhibéret de lúmine, paráre Dómino plebem perféctam.

GOSPEL Luke 1: 5-17

Fuit in diébus Heródis, regis Judææ, sacérdos quidam nómine Zacharías, de vice Abía, et uxor illius de filiábus Aaron, et nomen ejus Elísabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis et justificatióibus Dómini sine queréla, et non erat illis fílius, eo quod esset Elísabeth stérilis, et ambo processissent in diébus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungerétur in órdine vicis suæ ante Deum, secúndum consuetúdinem sacerdotii, sorte éxiit, ut incénsus póneret, ingrèssus in templum Dómini: et omnis multitúdo pópuli erat orans foris hora incénsi. Appáruit autem illi Ángelus Dómini, stans a dextris altáris incénsi. Et Zacharías turbátus est, videns, et timor írruit super eum. Ait autem ad illum Ángelus: Ne tímeas, Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua: et uxor tua Elísabeth páriet tibi fílium, et vocábis nomen ejus Joánnem: et erit gáudium tibi et

Say not: I am a child: for thou shalt go to all that I shall send thee: and whatsoever I shall command thee, thou shalt speak. Be not afraid at their presence: for I am with thee to deliver thee, saith the Lord. And the Lord put forth his hand, and touched my mouth: and the Lord said to me: Behold I have given my words in thy mouth: Lo, I have set thee this day over the nations, and over the kingdoms, to root up, and pull down, and to waste, and to destroy, and to build, and to plant.

There was a man sent from God, whose name was John. This man came to bear witness of the light, to prepare unto the Lord a perfect people.

There was in the days of Herod, the king of Judea, a certain priest named Zachary, of the course of Abia; and his wife was of the daughters of Aaron, and her name Elizabeth. And they were both just before God, walking in all the commandments and justifications of the Lord without blame. And they had no son, for that Elizabeth was barren, and they both were well advanced in years. And it came to pass, when he executed the priestly function in the order of his course before God, according to the custom of the priestly office, it was his lot to offer incense, going into the temple of the Lord. And all the multitude of the people was praying without, at the hour of incense. And there appeared to him an angel of the Lord, standing on the right side of the altar of incense. And Zachary seeing him, was troubled, and fear fell upon him. But the angel said to him: Fear not, Zachary, for thy prayer is heard;

exsultátio, et multi in nativátate ejus gaudébunt: erit enim magnus coram Dómino: et vinum, et síceram non bibet, et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ: et multos filiórum Israël convértet ad Dóminum, Deum ipsórum: et ipse præcédet ante illum in spíritu et virtúte Elíæ: ut convértat corda patrum in filios, et incrédulos ad prudéntiam justórum, paráre Dómino plebem perféctam.

OFFERTORY Psalms 8: 6-7

Glória et honóre coronásti eum: et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

SECRET

Múnera, Dómine, obláta sanctíffica: et, intercedénte beáto Joáanne Baptista, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 20: 6

Magna est glória ejus in salutári tuo: glóriam et magnum decórem ímpones super eum, Dómine.

POSTCOMMUNION

Beáti Joánnis Baptístæ nos, Dómine, præclára comitétur orátio: et, quem ventúrum esse prædíxit, poscat nobis fore placátum, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

and thy wife Elizabeth shall bear thee a son, and thou shalt call his name John: And thou shalt have joy and gladness, and many shall rejoice in his nativity. For he shall be great before the Lord; and shall drink no wine nor strong drink: and he shall be filled with the Holy Ghost, even from his mother's womb. And he shall convert many of the children of Israel to the Lord their God. And he shall go before Him in the spirit and power of Elias; that he may turn the hearts of the fathers unto the children, and the incredulous to the wisdom of the just, to prepare unto the Lord a perfect people.

Thou hast crowned him with glory and honor, and hast set him over the works of Thy hands, O Lord.

Hallow, O Lord, the gifts we offer: and by the intercession of blessed John the Baptist, cleanse us by their means from the stains of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

His glory is great in Thy salvation; glory and great beauty shalt Thou lay upon him, O Lord.

May the glorious prayer of blessed John the Baptist accompany us, O Lord: and may he obtain for us pardon from Him Whose coming he foretold, even our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.